



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ivdx Magistrtvs Senator

Zype, Franciscus van der

Antverpiæ, 1633

Cap. XIX. De Cursu publico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14280

Tarquinij Romanos subditos adhuc allegare possent, & rebelles.

10. *Violatori-
bus sacris
interdici-
tur.* Iis qui legationibus obsistunt sacris interdicitur iure sacro. *Vigilat Iustitiæ oculus sempiternus vlticesq;* Legatorum *Dir. e. S. Martinus* Papa ob violatos Legatos suos & in insulas relegatos à Patriarcha Constantinop. Romæ coacto Concilio Patriarcham anathemate ferit. ex quo nata causa eius martyrij.

C A P V T X I X.

De Cursu Publico.

1. *Quibus in-
re permis-
sus?* Legatis præsertim vt ferè sunt hodie, quasi exploratori-
bus maximè subseruit cursus publicus. adeoque non
permissus olim passim, sed iis qui Legati de diuersis
Gentibus ad Principem properabant. *l. his. C. de curs. pub. &*
ducibus in Prouinciam sibi decretam proficiscentibus, l. nemo
ibidem. vel quibus Principes, Præfecti-prætorio, aut Magistrî
Officiorum *l. 9. ibid.* faciebant potestatem. *Euectiones*, inquit
Constant. *in l. 3. d. tit. ab omnibus postulentur, & tam Iudices quàm*
custodes publici cursus minimè transire patientur, antequam feriem eue-
ctionis aspexerint. sed & Iulian. *l. 4. & 2.* euectionis datæ for-
mam & licentiam non excedi mandat. Hodie veredis vtun-
tur ferè quibus lubet sumptum soluere, sed olim prouinciale
onus publicum erat. imperabantur enim tot iumenta quot
necessaria erant pro locorum situ, & itineris qualitate. Vnde
angariam dixerunt Græci, quæ per viâ basilicâ, & cursum pu-
blicum ducitur. parangariam, quæ per alias. Hinc & bastaga
l. 3. C. de cohort. & pia embola l. iubemus nullâ C. de sacrosanct. Eccl.

2. *Vel mori-
bus?* Hodie exactior est cursus publicus dispositis per certa in-
terualla equis, in omnem horam paratis. qui quaquà versum
lubeat currant, & exiguo tempore magna spâtia nuncij per-
nolescent. quod quanti in omnem causam interlit nemo ignorat.
celeritas summum momentum rebus prosperè conficiendis
sæpè attulit. summam Alexandri Magni eam virtutem fuisse
historiæ tradunt. nec minimâ illius, qui de se scripsit, *Veni, vidi,*
vici. Ludouicus XI. Gallia rex, qui fere patrum æuo cursum
veredariorum dispositis per loca equis volantium inuenit vel
restituit, eâ tunc arte aduersus Belgas & Burgundos, & pu-
pillam Principem caeso ad Nanceium Carolo Audace præua-
luit, vt ducatum Burgundia inuaserit, & ad posteros in hunc
diem

3. *Nunc ex-
actior.*

diem transmiserit. Artesiam verò aliosque Belgicæ fines affli-
xerit, imparatis omnibus, donec vndique concursum ad pel-
lendum hostem, quem pupillæ tutorem esse oportebat. quo
tempore omnes ad arma idonei ære campano per viginti con-
tinuos dies per totam Brabantiam pulsato ciebantur ad fines
& Principem tuendos.

CAPVT XX.

De Potentia.

Necessaria illa est dignitati Regiæ vel Reip. afferendæ, ^{1.}
atque defendendæ Potentia, quam boni reuerentur, ^{Principibus}
mali vereantur: incolæ suspiciant, vicini timeant: ob ^{necessaria.}
quam subditi nihil innouare, exteri nihil inuadere audeant.
David sanè 1. Paral. c. 27. ducenta octuaginta octo millia sa-
tellitum seu militum habuit in singulos menses distributa. Io-
saphat. 2. Paral. c. 17. vndecies centena sexaginta millia bella-
torum robustorum, ac virorum fortium, quamuis in regno
non ita magno.

Quid ad has vires Alexander, Romani, Xerxes? Ille vt ful- ^{2.}
gur celeritate res magnas confecit, sed & celeriter confectus, ^{Sed cum}
Isti mole ruerunt suâ. Hic Græciam inundaturus, mare exsic- ^{timore Do-}
caturus, ingentem traxit exercitum, sed in ruinam, confusus ^{mini.}
in curribus & in equis. Iosaphat autem ingentem illum nume-
rum continuo aluit, iustâ potentiâ, non illâ tamen fisus, sed
diuinâ: *sumpsit cor eius audaciam propter vias Domini.* nam vici-
nas gentes audiens insurgere, timuit, ieiunium prædicauit,
oratione vicit. 2. Paral. c. 20. nec spem fefellit Deus, sed nutu
suo hostes strauit, & Regi laborem legendorum per tres dies
spoliorum reliquum fecit.

Potentia domestica est animorum vnio. nam *omne regnum in* ^{3.}
se diuisum desolabitur. quod autem amore mutuo coniunctum ^{Domestica}
est, facillè se conseruat. ^{est animo-}
^{rum vnio.}

Externa potentia, Auctoritatem, Maiestatem, famam ex- ^{4.}
istimationemque complectitur. Famâ fortitudinis Alexander ^{Externa}
plura bella confecit, quam virtute suâ: plures vicit, quam vi- ^{fama, &}
dit nationes. cum moriturus Babylonem postremùm venit, ^{existima-}
^{tio.}
plurium gentiũ legatos habuit etiam ex ipsa Hesperia, quam
vel ipse vt se dederent proposuerat. Sic Iosue inualuit c. 5. 1.
postquam ergo audierunt omnes Reges Amorrhæorum, qui habitabant

Z

trans